UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum dulia cuius est exhibere honorem, vel cultum superioribus sit specialis virtus a latria distincta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶ *Super Quaſtionis centeſimætertię Articulum tertium.*

IN art. 3. eiuſdem q. omiſſo ſecundo, nota in corpore articuli, ꝙ Deus non ſolum eſt maior dominus q̃ homo, quia dominus vniuerſorum eſt, ſed eſt alia ratione dominus: quia eſt dominus totius cuiuſq; rei, vtpote creator totius: homo autem non. Vnde ſeruitus hominis ad Deum eſt ſecundum totum id, quod quomodolibet eſt. Errat autem, inquit Hier. de ſeruis hominum, qui ſeruitutem in hominem deſcendere putat, tũ propter libertatem mentis: tum quia materiæ dominus non eſt homo, ſed ſolus Deus, qui poteſt annihilare animam, & corpus.

Lib. 5. cap. 6 ſed clarius. Lib. 4. cap. 3. & lib. 1. cap. 12. tomo. 5. * Art. præc.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem tertii art. dubium primò eſt, An unaquæq; duarum reſponſionum ſit per ſe ſufficiens.

¶ Dubium ſecundò eſt, An ratio primæ reſponſionis, uidelicet, quia homo quando honorat hominẽ, non ſemper actu refert hoc in Deum, ualeat. Et eſt ratio dubii, quia uidetur peccare ſecundum non cauſam vt cauſam: quoniam non requiritur ad identitatem motus in imaginem, & id cuius eſt imago, ꝙ actu ille qui mouetur, referat in id, cuius eſt imago ut patet de adorantib. imaginem Chriſti & ſanctorum mente euagata. Conſtat. n. quòd non actu referunt ad id, cuius eſt imago, ſuam uenerationem.

¶ Dubium tertiò eſt, Quo pacto uerificetur, quòd reuerentia, quæ exhibetur ipſi Deo, nullo modo pertinet ad eius imaginem, cùm ſtatim author in ſequentis calce articuli dicat quòd eodem honore Chriſtus, & eius crux honoratur.

¶ Dubium quarto eſt, An venerari hominem, inquantum eſt imago Dei, referendo hoc actualiter in Deum, ſpectet ad latriam, vel Duliam. Et eſt ratio dubii, quia ſicut pręter amicitias proprias, quibus amamus proximos, vt patrem, vt conciuem, vt cõmilitonem, vt amicũ &c. eſt charitatis amicitia, qua amamus ĩ ꝓximo Deum. Quare non præter proprias uenerationes, quibus colimus patrem, principes, excellẽtes viros &c. datur vna veneratio, qua colamus Deum in hominibus, & in omnibus creaturis tanquam in imagine, & veſtigio ſuo? Et augetur dubium, quia ſicut datur vnum vitium puta, blaſphemia, qua blaſphematur Deus & in ſe, & in qualibet creatura: ita debet dari vnus honor quo & in ſe, & creaturis omnibus honoretur Deus glorioſus omnium creator.

¶ Ad euidentiã horũ noſſe oportet duplex eſſe genus imaginis.

tur ẽt Heſter. 6. ꝙ Aſſuerus honorauit Mardochæũ, & corã eo fecit clamari. Hoc honore dign⁹ ẽ, quẽ rex honorare uoluerit. ergo honor ẽt exhibet̃ inferioribus: & ita vr̃ quòd honor nõ debetur proprie ſuperioribus.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in * 5. Ethic. quòd honor debetur optimis. G

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupradictũ eſt, * honor nihil aliud eſt, q̃ quædã ꝓteſtatio de excellẽtia bonitatis alicuius. Põt aũt alicuius excellẽtia cõſiderari nõ ſolũ ꝑ cõparationẽ ad honorãtẽ, vt. ſ. ſit excellẽtior eo q honorat, ſed ẽt ſ᷑m ſe, uel ꝑ cõparationẽ ad aliquos alios: & ſ᷑m hoc honor ſemper debetur alicui ꝓpter aliquã excellentiã, uel ſuperioritatem. Nõ enim oportet, ꝙ ille q honoratur, ſit excellẽtior honorãte, ſed forte quibuſdã alijs, H uel ẽt ipſo honorante, quantum ad aliquid & non ſimpliciter.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ angelus prohibuit Ioannẽ non a quacunq; honoratione, ſed ab honoratione adorationis latrię, q̃ debetur Deo: uel ẽt ab honoratione duliæ, ut oſtẽderet ipſius Ioãnis dignitatẽ, qua ꝑ Chriſtũ erat angelis adæquatus ſ᷑m ſpeciẽ gloriæ filiorũ Dei: & iõ nolebat ab eo honorari tamq̃ ſuꝑior.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ ſi prælati ſint mali, nõ honorãtur I propter excellentiã ꝓpriæ uirtutis, ſed ꝓpter excellentiã dignitatis, ſecundũ quã ſunt Dei miniſtri. Et ẽt in eis honoratur tota cõmunitas, cui pręſunt: dęmones autem ſunt irreuocabiliter mali, & pro inimicis habẽdi magis quàm honorandi.

AD TERTIVM dicẽdum, ꝙ in quolibet inuenitur aliquid, ex quo põt aliquis eum ſuperiorẽ reputare, ſecũdum illud ad Phil. 2. In humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes: & ſecundũ hoc K etiam omnes ſe inuicem debent honore præuenire.

F Nã quædã ſunt, quæ ſecundũ ſeipſas ſunt ca… dam vero quæ honoris capaces non ſunt… nis officium. Et quoniam capacia honoris… capacitate aliena ſunt, cum honor ſit præ… quens eſt vt non niſi rationalia, ſeu intelle…

AD QVARTVM dicendũ ꝙ priuatæ perſonę interdum honorãtur à regib. non quia ſint eis ſuperiores ſecundum ordinem dignitatis; ſed ꝓpter aliquã excellẽtiam uirtutis ipſarum: & ſecũdũ hoc honorati ſunt Tobias, & Mardochæus a regibus.

G ARTICVLVS III.

Vtrum dulia ſit ſpecialis uirtus a latria diſtincta.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ dulia nõ ſit ſpecialis uirt⁹ a latria diſtincta: Quia ſuper illud Pſalm. 7. Dñe Deus meus in te ſperaui, dicit gl. * Domine omnium per potentiam, cui debetur dulia, Deus per creationem, cui debetur latria: ſed non eſt diſtincta uirtus, quæ ordinatur in Deum ſecũdũ quòd H eſt dominus, & ſecundũ, quòd eſt Deus. ergo dulia non eſt virtus diſtincta a latria.

¶ 2 Præt. Secundum Philoſophum in 8. Eth. Amari ſimile eſt ei, quod eſt honorari: ſed eadẽ eſt uirtus charitatis, qua amat̃ Deus, & qua amatur proximus. ergo dulia, qua honorat̃ proximus, non eſt alia uirtus a latria, qua honoratur Deus.

¶ 3 Pręt. Idem eſt motus, quo aliquis mouetur in imaginem, & in rem cuius eſt imago: ſed per duliã honoratur homo, inquan I tum eſt ad Dei imaginẽ factus, dicitur enim Sapiẽ. 2. de impijs, quòd non iudicauerunt honorem animarum ſanctarum, quoniam Deus creauit hominẽ inexterminabilem, & ad imaginẽ ſuæ ſimilitudinis fecit illum. ergo dulia non eſt alia uirtus a latria, qua honoratur Deus.

SED CONTRA eſt, qđ Aug. dicit in * 10. de ciu. Dei, ꝙ alia eſt ſeruitus q̃ debetur hominibus, ſecundũ quã præcepit Apoſtolus ſeruos dñis ſuis ſubditos eſ- K ſe, quæ. ſ. græce dulia dicitur: alia vero latria, quæ dicitur ſeruitus pertinens ad colendum Deum:

etiã in ſacramentis dr̃ quis actu intentione… acceſſit ad altare intentione celebrandi… ter euagetur. Hmõi aũt actualis rõ eſt… ĩ imaginẽ ſecundũ ſe, & motus ĩ imaginem… ꝓpea veram dedit rõnem, quare dulia… in hoĩe, ſed ad hoĩem: q̃ non cadit… homini duliam, honorare Deum ĩ homine… Ad tertium autem dubium dicendum… tæ dubitationis, quoniam ex illis… Ad quartum igitur dubium dr̃, quod… quòd creatura rationalis uidetur ex…

Respon. Dicendum, ꝙ ſecundum ea, quæ ſupra dicta * ſunt, vbi eſt alia ratio debiti, ibi neceſſe eſt ꝙ ſit alia virtus, quæ debitum reddat. Alia autem rõne debetur ſeruitus Deo & homini: ſicut & alia ratione dominiũ cõpetit Deo, & homini. Nã Deus plenarium & principale dominiũ habet reſpectu totius, & cuiuslibet creaturæ, quæ totaliter eius ſubiicitur poteſtati. Homo aũt participat quandã ſimilitudinẽ diuini dominii, ſɱ quod habet particularem ptãtem ſuper aliquem hominem, uel ſuper aliquam creaturam. Et iõ dulia, quæ debitam ſeruitutẽ exhibet homini dominanti, alia uirtus eſt a latria, quæ exhibet debitam ſeruitutem diuino dominio. Et eſt quædam obſeruãtiæ ſpecies: quia per obſeruantiam honoramus quaſcunq; perſonas dignitate præcellentes: per duliam aũt proprie ſumptam, ſerui dominos ſuos uenerãtur. Dulia enim Grecè ſeruitus dicitur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſicut religio per excellentiam dicitur pietas, inquantum Deus eſt per excellentiam pater: ita ẽt latria per excellẽtiam dicitur dulia, inquantum Deus excellẽter eſt dominus. Non autẽ creatura participat potentia creandi ratione cuius Deo debetur latria. Et iõ gl. illa diſtinxit attribuens latriam Deo ſɱ creationem, quę creaturæ non cõicatur: duliam uero ſecundum dominiũ, quod creaturæ communicatur.

Ad secvndvm dicẽdũ, quòd rõ diligendi proximũ, Deus eſt. Non enim per charitatem diligimus in proximo niſi Deum: & ideo eadem charitas eſt qua diligitur Deus & proximus. Sunt tamen aliæ amicitiæ differentes a charitate ſecundum alias rationes, quibus homines amantur. Et ſimiliter cum ſit alia ratio ſeruiendi Deo, & homini, aut honorandi vtrumque, non eſt eadem uirtus latria, & dulia.

Ad tertivm dicendum, quòd [d] motus, qui eſt in imaginem, inquantum eſt imago, refertur in rem, cuius eſt imago. Non tamen omnis motus qui eſt in imaginem, refertur in eã, inquantum eſt imago: & ideo quandoque eſt alius motus ſpecie in imaginem, & motus in rem. Sic ergo dicendum eſt, quòd honor, uel ſubiectio dulię reſpicit abſolute quandam hominis dignitatem. Licet enim ſecũdum illam dignitatem ſit ho-

A mo ad imaginem, uel ſimilitudinem Dei, non tamen ſemper homo, quando reuerentiam alteri exhibet, refert hoc actu in Deum. Vel dicendum, quòd motus qui eſt in imaginẽ, quodammodo eſt in rem: non tamẽ motus qui eſt in rem, oportet quòd ſit in imaginem: & ideo reuerẽtia quæ exhibetur alicui, inquantum eſt imago Dei, redundat quodammodo in Deũ. Alia tamen eſt reuerentia quæ

B ipſi Deo exhibetur, quæ nullo modo pertinet ad eius imaginẽ.

Articvlvs IIII.

Vtrum dulia habeat diuerſas ſpecies.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd dulia habeat diuerſas ſpecies. Per duliã enim exhibetur honor proximo. Diuerſa autẽ ratione honorantur diuerſi proximi, ſicut rex, pater, & magiſter, ut patet

C per Philoſophum in * 9. Ethic. Cùm ergo diuerſa ratio obiecti diuerſificet ſpeciem virtutis, videtur quòd dulia diuidatur in virtutes ſpecie differentes.

¶ 2 Præt. Medium differt ſpecie ab extremis, ſicut pallidum ab albo & nigro: ſed hyperdulia videtur eſſe medium inter latriã, & duliam. Exhibetur enim creaturis, quæ habent ſpecialem affinitatem ad Deum, ſicut beatæ Virgini, inquantum eſt mater Dei. ergo vr̃ ꝙ duliæ ſint ſpecies

D differentes, una quidẽ dulia ſimpliciter, alia uerò hyperdulia.

¶ 3 Prę. Sicut in creatura rationali inuenitur imago Dei, ratione cuius honorat̃, ita ẽt in creatura irrationali inuenitur veſtigiũ Dei: ſed alia ratio ſiĩtudinis importatur in noĩe imaginis, & noĩe ueſtigij. ergo etiam oportet ſecundum hoc diuerſas ſpẽs duliæ attendi, præſertim cùm quibuſdam irrationabilibus creaturis honor exhibeat̃: ſicut ligno ſanctę crucis, & alijs huiuſmodi.

E Sed contra eſt, ꝙ dulia contra latriam diuiditur: latria autem non diuiditur per diuerſas ſpecies: ergo nec dulia.

Respon. Dicendum, ꝙ dulia põt accipi dupliciter. Vno modo cõiter, ſecundum ꝙ exhibet reuerentiam cuicumq; homini ratione cuiuſcumq; excellentię, & ſic continet ſub ſe pietatem, & obſeruantiam, & quamcumque huiuſmodi virtutem, quę homini reuerentiam exhibet: & ſecundum hoc habebit partes ſpe-

honorabilis dupliciter, videlicet & ſecundum ſeipſam, & ſecũdum quod eſt imago Dei. Nam ex hoc ipſo quòd eſt rationalis, eſt ſecundum ſeipſam virtutis capax, & imago Dei: & quia ſecundum ſeipſam honoratur dulia, vr̃ ꝙ ſɱ ꝙ eſt imago veneranda ſit latria: ita ꝙ Deus in ipſa honoretur, iuxta illud Augu. in reg. Honorate in vobis Deum inuicem: Alioquin imago Dei in creatura rationali eſſet deterioris cõditionis, quam imago eius in ſtatua, vel pictura, inquantum imago. Et quoniam eadem eſt ratio de veſtigio in creaturis aliis, niſi ꝙ non conſtituuntur honorabiles ſecundum ſe, ſed ſolum ratione repræſentati. Idem namque eſt motus in veſtigiũ vt ſic, & in id cuius eſt veſtigium: iõ oportet communem rationem reddere.

¶ Videtur mihi quòd dicenda ſunt duo. Primum eſt, quòd latria de facto non exhibetur, nec eſt exhibenda creaturæ, cuicũque rationali, etiam in quãtũ eſt imago Dei. Et hoc dicere uidetur author in litera in ſecunda reſponſione dicendo quod reuerentia quæ ipſi Deo debetur, nullo modo pertinet ad eius imaginem. Loquitur.n. de imagine inquantum motus in ipſam, eſt motus in id cuius eſt imago. Secundum eſt, quod communis ratio huius dicti eſt euitatio erroris, ne. ſ. Deo ſoli debitum honorem creaturæ uideamur impendere. Ex hac namque ratione nec creaturis irrationabilibus, inquantum repræſentant Deum, nec creaturis rationabilibus, inquantum ſimiles ſunt Deo, diuinum honorem impendimus, vt fugiamus ſcilicet errorem colentium omnes mundi partes, & errorem exhibentium hominibus diuinos honores. Sicut.n. Eccleſia humanitatem Chriſti ſecundum ſeipſam non adorat dulia, ſed Chriſto exhibet latriam, dicendo illi, Miſerere nobis, & numquam, ora pro nobis, ne occaſionem errandi ex huiuſmodi diſtinctione ſumant filij. & præcipuè minus docti, & idiotæ: ita in propoſito diuinum honorẽ negat rationalib. imaginibus, & veſtigijs deitatis, ne ex huiuſmodi adoratione occaſionem errandi ſumant populi. Concludendum ergo vr̃, ꝙ ſi quis creaturam veneraretur, inquantum eſt ſimilitudo, uel veſtigiũ Dei, hoc eſt, ꝙ veneraretur Deum in creatura hac, vł illa, latriæ cultũ exhiberet nõ creaturæ, ſed Deo in creatura, ſicut & blaſphematur Deus in creatura, & amatur: & hoc probant rationes allatæ. Sed quoniã obiecta hæc annexam habent occaſionẽ erroris, ideo exhibendus non eſt honor latriæ iſtiuſmodi imaginibus, & veſtigijs, ut ſic. 3. diſt. 9. q. 1. art. 2.

[d] Nunc ad 3. dubium dr̃, ꝙ cum imago Dei inueniatur quaſi triplex, primò pictura, ſeu ſtatua ad repræſentãdũ Deũ, ut quotidie in Eccleſia videmus: ſecundò, ipſa rõnalis creatura ſcd̃m ſeipſam. (Eſt.n. ſcd̃m ſeipſam imago reprę ſentans Deũ) tertiò, ipſa rõnalis creatura vt relata in Deum, author in lr̃a non intendit de prima imagine, ut inſtãtia obijcit de cruce: ſed directe intendit de ſcd̃a, cuius veneratio redũdat ſɱ quendã modũ in Deũ, ꝓ quanto eius eſt imago id qđ honorat̃. Et indirecte uerificatur de tertia ꝑꝑ utriuſque cõcurſum in identitatem formalem fundamenti utriuſque imaginis: uel rectius loquẽdo, imaginis utroque modo ſumptæ. Et tunc eſt ſenſus, ꝙ nullo modo abſque occaſione erroris ſpectat ad eius imaginem latriæ reuerentia. Etenĩ ſi honor imagini ſic ſumptæ impenderet̃, nõ redundaret quodãmodo in Deũ, ſed directe tenderet ſimpliciter, & abſolute. lib. 9. cap. 2. tomo. 5.

¶ Super Quæſt. centeſimatertia articulum quartum.

IN art. 4. eiuſdem q. 103. dubiũ occur-